

Sigismundus I. Rex Polonia  
 Cardinali Sanctorum Quatuor  
 Regni Poloniae Protector.

345


Reverendissime in Christo Pater etc. Ma:  
 quo plerumque impedimento esse solent  
 Dominis Episcopis Nostris, quin ipsi et  
 rem suam debite curent Ecclesiasticam  
 in emendandis moribus sibi subjectorum  
 et nobis: nunc precipue undecumque  
 circumstrepentibus armis: pro debito  
 et officio suo adsint, quidam facinorosi  
 ac infames, quorum, ut quisque Ro:  
 manam attigerit, mox citationes perso:  
 nales, vel anathemata, et id genus  
 impedimenta, et nova seaper quedam  
 terricula inde huc mittunt, aut afferunt,  
 in quoscumque collibitum est innocentis:  
 simos, ac insentes homines, quorum  
 audacia eo usque jam excrevit, ut  
 clauissent passim hinc in eos omnes  
 homines, et timeamus profecto jam  
 vehementer, ut nunc publice ubique  
 fremitus est in clerum, ne quando  
 oboriatur, quod Deus avertat malum  
 aliquod aliquanto, quam cogitemus  
 speremusque immodestius ac intem:  
 peratum. Nam sunt nunc istic in  
 Urbe tales quidam, inter quos Sta:  
 nislavus De Orzechow Plebanus olim

in

in Smirani in magno Lithuaniae Du:  
catu diocesis Vilnensis, homicidia ve:  
rius, quam sacerdos non unius, sed  
aliquot capitum. Item et Deflorator  
multarum Virginum violentissimus i:  
piusque Ecclesie sue sponge, et  
dilapidator prodigatissimus, ita in  
alijs que Officij ejus erant negligen:  
tissimus contemptor, De quibus et  
alijs multis perinde intolerabilibus  
sceleribus sepius admonitus, totiesq;  
per Patronos accusatus iudice  
laudem et per sententiam non uni:  
us tantum Venerabilis Jacobi Stapp  
kowski Secretarij nostri hunc locum  
tenentis in illo Episcopatu, sed to:  
lius Capitali Ecclesie Cathedralis  
Vilnensis Decreto postquam manife:  
sto convictus esset, denique merito  
privatus et a Diocesi, prescripto  
sibi tempore legitimo relegatus Ro:  
mam adiens, commentus quaedam  
in securitates obtinuisse fer:  
tur, monitorium personale, simul  
et penale contra eundem locum te:  
nentem nostrumque Secretarium  
et quendam alium Possessorem  
nunc illius Plebanus Smirani inte:  
ringue illud ipsum monitorium sicut vi:

Delict

videlicet imponeret ipsis monendis  
 exequendum procuravit in Holomuney  
 Civitate Moravia; que regio pars est  
 non minime Hungariae regni ipso tunc  
 Jacobo Staszkowski Vilnae agente in  
 Civitate Metropolitana Magni Lithua-  
 niae Ducatus, ac neccitate aliquid cogi;  
 tante, que Civitas magnis terrarum  
 tractibus distat ab ipsa Holomuney,  
 adeo ut Poloniae regnum, cujus ampli-  
 tudo nota, totum intermediat inter  
 loca. Orem iniquam citantis et citati;  
 quod in populares quendam istinc ex  
 urbe ea istinc scripsissent, sed post  
 quam iste bonus actor illic jam omnia  
 injuriam transegisset, et innocentes  
 homines reos perageret, ne nunc qui-  
 dem vel citatos se esse scivissent. Quod  
 factum tam pessimi exempli, vereq;  
 veterarium rogamus Vestram Reve-  
 rendissimam Paternitatem efficiat  
 apud Serenissimum Dominum Nostrum  
 dignetur non sinere transire impari-  
 tum, nec patiatur iri condempna-  
 tum in aliquo hominem preterqua  
 innocuum, sed etiam fraudulentissime  
 circumventum, et quod est aequissimum  
 remittere dignetur sua Sanctitas de hac

injuria  


injuriam ipsum actorem, cum ipso reo  
locum tenente ad suum Episcopum  
vel libet alios, quoscumque jurisperi:  
tos regnicolas sibi adiungens. Quod  
sua Sanctitas facere dignetur, tam  
in re presenti, quam postea in huius  
similibus, si praesertim placatum esse  
velit, nobis rempublicam nostram la:  
borantem, circumquaque ab hostibus  
impetibus, in qua tamen suborientes  
jam non raro tumultuationes contra  
religionem et libertatem Ecclesiastica:  
rum maximis vix tandem conatibus  
ac impendijs nostris in pacem et quie:  
tem vindicamus, idque etiam sedulo agi:  
mus, ut eam manuteneamus, quan:  
tum maxime licebit, per haec tempora  
et eos turbatores homines, nihil ali:  
ud quam improbiissimos. 2